ORIGENES. PASSIO CATHARINAE
2. Hälfte 12. Jh. Seite 37r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36490
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



maculata es in conspectu meo in iniquitatibus tuis dicit dns. 37
xxvi De eo quod scriptum est dixit dns ad me in diebus regis iosie usque
ad eum locum in quo ait. iustificauit animam suam israel a pecca
trice iuda. xxvii. Omelia prima. xxviii Omelia secunda
Explicuunt capitula. Incipit liber omeliarum Origenis ad a
manti in libro regum. in cantica canticorum. Esaye. Hyeremie.
Ezechyelis. De elchana. et fenenna. et anna. et samuel. et de Hely
et offii et finees. Omel. i. Orig. in libro regum De
NON TUNC Tantum in Elchana et fenenna. Cap. i.
Dns plantauit paradysum. sed donec statu
ta mortalium donec salus hominum in diui
nis institutionibus procuratur. semper fiunt ea
que iusti uox orat in psalmis cum dicit. in
ducens planta eos in monte hereditatis
tue. Unde et omnis oramus esse plantacio dei. quia si quis non fuerit plan
tacio dei. sententia semel a iudice omnium saluatore de eo
prolata est dicens. omnis plantacio quam non plantauit pater meus
celestis eradicabitur. Dns ergo plantat. et est propria quedam dei agri
cultura. et necesse est quod ager ille quem dns colit et plantat.
non unam habeat arborum speciem. sed tamquam rus diuitis et poten
tis agricole. omni sit uirgultorum genere refertum. Quomodo
autem omnia habeantur in agro dei. consideremus ex huius terre agris.
quos homines colunt. Nunquid nam in agro suo pater familias agri
cola totum uineas habet. aut totum ficus. aut totum mala. uel pal
mas. Sed qui diligens et indrustrius est colonus. ex his omnibus agrum
consitum habet. et refertum. Sic ergo intelligamus. etiam in eo agro
quem dns plantat. quia non una sola arborum species est. que tantum
dulcia ferat poma. sed aliqua dulcia. aliqua austera. sue tamen
unumquodque humilitatis et gratie est. Nolite ergo illud in nobis requirere.
quod in papa habetis alexandro. fateamur enim quod omnes nos su